

carne et sanguinem vivamus. Dei voluntate et amore facti sumus divine consortes nature, regni que celestis hæredes: Voluntatem igitur et amorem Dei eligamus ut regulam morum nostrorum: ad hanc omnes cogitationes, omnia consilia, omnia opera nostra dirigamus: non ad voluntatem carnis, non ad voluntatem viri, id est, ad cupiditatem, ad amorem humanum et carnalem.

VERS. 14.— *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis: et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratiæ et veritatis.* Verbi Dei exhibitionem capere æquè impossibile est ac magnitudinem. Deus factus est homo: Filius æterni Patris, filius hominis; Verbum, infans; Vita, mortalis; Lux, in tenebris, id est, in medio hominum peccatorum. Ut homines nasceretur ex Deo, primò ex ipsis natus est Deus. Christus enim Deus, et Christus natus ex hominibus. Noli ergo mirari quia efficeris filius Dei per gratiam, quia nasceris ex Deo secundum Verbum ejus. Prius ipsum Verbum nasci voluit ex homine, ut tu securus nascereris ex Deo, et diceres tibi: Non sine causa Deus nasci ex homine voluit, nisi quia alicujus momenti me existimavit, ut immortalatem me faceret, et pro me mortaliter nasceretur. Ideò cum dixisset S. evangelista: *Ex Deo nati sunt: quasi ne miraremur et exhorreremus tantam gratiam, ut nobis incredibile videretur quia homines ex Deo nati sunt, quasi securum te faciens, ait: « Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. »* Incarnationis Christi consilium oppugnat, qui terrenis ac sensibilibus bonis adheret, qui mundanam celsitudinem consecratur; cum propterea Verbum caro sit factum, ut nos ab his avocaret ac abstraheret. Ipsa natiuitate collyrium fecit, unde tergeretur oculi cordis nostri, et possemus videre majestatem ejus per ejus humilitatem. Ideò et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Sanavit oculos nostros: « Et vidimus gloriam ejus. » Gloriam ejus nemo posset videre, nisi carnis hinc et militate sanaretur. Unde non poteramus videre? Irruerat homini quasi pulsus in oculum, irruerat terra, sauciaverat oculum, videre non poterat lucem: oculus iste sauciatus innavigitur: terræ sauciatus erat, et terra illuc militur ut sanetur. Omnia enim collyria et medicamenta, nihil sunt nisi de terrâ. De pulvere cæcatus es, de pulvere sanaris: ergo caro te cæcaverat, caro te sanat. Carnalis enim anima facta erat consentiendo affectibus carnalibus, inde fuerat oculus cordis cæcatus. Verbum caro factum est; medicus iste tibi fecit collyrium. Hæc S. Augustinus, tract. 2 in Joan., n. 15, 16. Et quoniam sic venit ut de carne vita carnis extingueret, et de morte occideret mortem: ideò factum est in te ut quoniam Verbum caro factum est, tu possis dicere: Et vidimus gloriam ejus. Qualem gloriam? Qualis factus est Filius hominis? Illa humilitas ipsius est, non gloria. Sed quòducta est acies hominis curata per carnem? Vidimus, inquit, gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti à Patre, plenum gratiæ et veritatis.

VERS. 16.— *Et de plenitudine ejus omnes nos accepimus, et gratiam pro gratiâ. Quantò magis Christo unum, tantò abundantius de duplici ejus plenitudine*

accipimus. Omnis enim boni principium est ut Deus; ut verò caput Christianorum et electorum, principium est omnis sanctitatis et gratiæ. Accipimus de plenitudine ejus primò gratiam, et rursum accipimus gratiam pro gratiâ. « *Quam gratiam primò accepimus? Fidem. In fide ambulantes, in gratiâ ambulamus. Unde enim hoc meruimus? Quibus nostris præcedentibus meritis? Non se quisque compulset, redeat in conscientiam suam, quærat latebras cogitationum suarum, redeat ad seriem factorum suorum: non attendat quid sit, si jam aliquid est: sed quid fuerit, ut esset aliquid; inveniet non se fuisse dignum nisi supplicio. Si ergo supplicio dignus fuisti, et venit ille qui non peccata puniret, sed peccata donaret, gratia tibi data est, non merces reddita. Unde vocatur gratiâ quia gratia gratis datur: non enim præcedentibus meritis emisti quod accepisti. Hanc ergo gratiam præcedentibus meritis emisti quod accepisti. Hanc ergo accepit gratiam primam peccator, ut ejus peccata dimitterentur. Quid meruit? Interrogat justitiam, invenit penam: interrogat misericordiam, invenit gratiam. » Et hæc et promiserat Deus per prophetas: itaque cum venit dare quod promiserat; non solum gratiam dedit, sed et veritatem. Quomodo exhibita est veritas? Quia factum est quod promissum. Quid est ergo. GRATIAM PRO GRATIÂ? Vitam æternam pro merito fidei. Fide promeretur Deum; et qui digni non eramus quibus peccata dimitterentur, ex eo quia tantum donum indigni accepimus, gratia datur. Quid est gratiâ? Gratis data. Quid est gratis data? Donata, non reddita. Si debebatur, merces reddita est, non gratiâ donata. Si verè debebatur, bonus justus est, non gratiâ donatus. Si verè debebatur, bonus justus est, nisi autem, ut verum est, malus fuisti, creditisti autem in eum qui justificat impium; cogita quid per legem tibi imminere debebat, et quid per gratiam consequeris sis. Consectus autem istam gratiam fidei eris justus ex fide: Justus enim ex fide vivit: et promeretur Deum vivendo ex fide: cum promerueris Deum vivendo ex fide, accipis gratiam est. Nam pro quo merito accipis vitam æternam? Pro gratiâ. Si enim fides gratia est, et vita æterna quasi merces est fidei: videtur quidem Deus vitam æternam tanquam debitam reddere (cui debuit)? Fidei, quia promeruit illam per fidem. Sed quia ipsa fides gratia est; et vita æterna gratia est pro gratiâ... Dona sua coronat, non merita tua. Ergo omnes de plenitudine ejus accipimus; de plenitudine misericordie ejus, de abundantia bonitatis ejus. Quid? Remissionem peccatorum, ut justificaremur ex fide. Et insuper quid? ET GRATIAM PRO GRATIÂ; id est, pro hæc gratiâ in quâ ex fide vivimus, recepturi sumus aliam. Quid tamen nisi gratiam? Nam si dicerò, quia et hoc debetur, aliquid mihi assigno, quasi cui debetur. Coronat autem in nobis Deus dona misericordie sue: sed si in eâ gratiâ quam prima accepimus, perseveranter ambulemus. » Ita S. Augustinus, tract. 5 in Joan., n. 8, 9, 10.*

De plenitudine ejus omnes accipimus, et gratiam pro gratiâ. « *Quam? Pro quâ? pergit idem Augustinus. Pro veteri novum. Quenammodum enim duplex erat justitia: « Secundum justitiam quæ in lege est, » ait Apostolus, Philipp. 3, « factus irreprensibilis. » Et duplex fides: « Ex fide in fidem. » Et adoptio duplex: « Quorum*

adoptio est. Et duplex gloria: « Si enim quod evacuatur per gloriam est, multò magis quod manet in gloria. » 2 Cor. 3. Et lex duplex: « Lex spiritus vitæ liberavit me. » Rom. 7, 6. Et duplex servitus: « Quorum servitus; » et iterum: « Serviamus in novitate spiritus, et non in evestitate literæ. » Et testamentum duplex: « Consummabo super domum Israel, et super domum Juda testamentum novum non secundum testamentum quod feci et patribus eorum. » Hebr. 8, 9. Et duplex sanctificatio, et duplex baptismus, et duplex sacrificium, et templum, et circumcisio duplex: ita et duplex gratia. Sed illa quodam quasi figura sunt, hæc quasi veritas... Quenam inter hæc et illam adoptionem differentia est? Illa verbo honorabatur, hæc reipsa. De illâ ait Propheta: « Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes; » de hæc dicitur: « Ex Deo nati sunt. » Quanam ratione? « Per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti. » Et illi quidem postquam filii appellati sunt, adhuc spiritum servitutis habebant: erant enim servi, etsi hæc appellatione honorabantur; nos liberi tunc facti, non nomine, sed re honorem accepimus. « Non enim, » inquit Apostolus, Rom. 8, « accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis et filiorum Dei, in quo clamamus, Abba (Pater)... » Illi cum idola non colebant, neque fornicabantur, neque adulterium committebant, vocabantur sancti: nos verò non in hujusmodi abstinentiâ, sed in majorum acquisitione et possessione facti sumus sancti. « Ut sancta sit corpore et spiritu... Pacem sequimini et sanctimoniam, sine quâ nemo videbit Deum. » 1 Cor. 7. Et: « Perficientes sanctificationem in timore Dei, » Hebr. 12. Christianorum igitur sanctitas intrinsicè radicem habet à Spiritu sancti adventu, et in vitâ longè perfectiore posita est quam Judaica... Gratiâ Judæi salutem consequuntur. Nam qui non propriis meritis à Deo electi sunt, eos perspicuum est propter gratiam hujusmodi honorem consecutos: Nos autem omnes salvi quoque facti sumus gratiâ, sed non eodem modo, neque iisdem de rebus, sed longè majoribus et excelentioribus. Non enim nobis hæc duntaxat gratia data est, venia scilicet peccatorum, quam cum illis communicamus; omnes enim peccaverunt: sed justitia, sanctificatio, adoptio, Spiritus sancti gratia longè clarior, longè uberior: ad hæc et alia major, hoc est, à Spiritu et reconciliatione fiducia. Hujus gratiæ causâ Deo chari facti sumus, non amplius ut servi, sed ut filii et amici. Sic et accipimus gratiam pro gratiâ... Non solum lex, sed ipsa creatio hominis ex nihilo gratia quadam fuit, utpote nullis præcedentibus meritis data. Deinde quòd à Deo condit et faciendâ et vitandâ didicimus, et horum à naturâ legem accepimus, et conscientie judicium incorruptum nobis ab opifice Deo tributum sit. Gratiâ præterea fuit, ut hanc legem quodammodo obliteratam et corruptam, per legem scriptam recuperaremus. Consentaneum namque erat ut qui datum semel à Deo præceptum adullerissent et corrumpissent, penam luèrent: verum mitius notis cum ætatem est. Iterum emendandi medicina adhibita, non debita quidem, sed à misericordiâ et gratiâ proveniens. Nam quòd gratiæ sit et misericordie, David confirmat,

S. S. XXIII.

dicens: « Faciens misericordias Dominus... Notas fecit vias suas Moyse, filius Israel voluntates suas. » Misericordie igitur et gratiæ fuit legem accipere: sola majoris gratiæ fuit accipere quæ nobis à Christo collata sunt beneficia.

VERS. 17.— *Quia lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est. « Lex subintravit, ut abundaret delictum (inquit Apostolus, Rom. 5). Hoc proderat superbis ut abundaret delictum: multum enim sibi dabant, et quasi viribus suis multum assiduebant; et non poterant implere justitiam, nisi adjuveret ille qui jussisset. Superbium illorum volens domare Deus, dedit legem, tanquam dicens: Ecce implete, ne puteis deesse jubentem. Non decet qui jubet, sed decet qui implet. Unde non implet? Quia natus cum traduce peccati et mortis... » Sed non te in æternum tenet vinculum peccati; quia mortem tuam æternam occidit mors temporalis Domini tui. Ipsa est gratia, ipsa est et veritas; quia promissa et exhibitâ. Non erat ista in veteri Testamento, quia lex minabatur, non opitulabatur; jubebat, non sanabat; languorem ostendebat, non auferabat: sed illi preparabat medicum venturo cum gratiâ et veritate; tanquam ad aliquem quem curare vult medicus, mittit primò serum suum ut ligatum illum inveniat. Sanus non erat, sanari volebat, et ne sanaretur, sanum se esse jactabat: missa lex est, ligavit eum, invenit se venum, jam clamat de figurâ. Venit Dominus, curat aegros aliquid quantum et æcribus medicamentis: dicit enim agros: Ferto; dicit: Tolerâ; dicit: Noli diligere mundum, habeto patientiam; curet te ignis continentie, ferrum persecutionum toleret vulnera tua. Expavecebas, quavis ligatus: liber ille et non ligatus bibit quod tibi dabit: prior passus est ut te consolaretur, tanquam dicens: Quod times pati pro te, prior patior pro te. Hæc est gratia, et magna gratia. Quis illum dignè collaudat? » Ita S. August., tract. 5 in Joan., n. 11, 14.*

Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est. S. August., ibid., n. 16: Per serum lex data est, reos fecit: per imperatorem indulgentia data est, reos liberavit. Lex per Moysen data est. Non sibi aliquid amplius servus assignet, quàm quod per illum factum est. Electus ad magnam ministerium tanquam fidelis in domo, sed tamen servus, et agere secundum legem potest: solvere à reatu legis non potest.

VERS. 19.— *Et hoc est testimonium Joannis, quando miserunt Judæi ab Jerusalem sacerdotem et levitas ad eum, ut interrogarent eum: Tu quis es? Quid Christo respondebimus, cum nos interrogabit: Tu quis es? Christianus? Religiosus? Sacerdos? Qualem mores et opera demonstrant? Nonne potius paganum, sceleratorem, laicum? Terribilem interrogationem ipsi præviamus. Nobis sincerè respondet cor nostrum. Anorem proprium ne audiamus: adulator est, seductor est. Aliis ne credamus, quos sepe fallimus simulatione virtutum, et vicissim nos fallunt adulatoris sermonibus. Cum ab hominibus laudamur, imitemur Joannem, laudes indebitas sincere, modestè, veridicè repudiemus. Demus operam ut Deus potius laudetur, à quo habet homo quidquid in eo jure laudatur. Deo ita*

(Trois.)

adhareamus, ut si non merito laudamur, corrigamur eos quos possumus; ne arbitramur aut in nobis esse quod non est; aut nostrum esse quod Dei est; aut ea laudem, quae quamvis non desint nobis, aut etiam superent, nequamquam tamen sunt laudabilia, velut sunt bona omnia, quae vel eum peccatoribus habemus communia, vel cum impiis hominibus. Si autem merito laudamur propter Deum, gratulemur eis quibus placet verum bonum; non tamen quia placeamus hominibus, sed si coram Deo tales sumus, quales nos esse credunt, et non tribuitur nobis, sed Deo, cuius dona sunt omnia, quae verè meritoque laudantur: ut veritatem non offendamus: quia, ut ait S. Augustinus, *laus humilitatis in parte non est ponenda falsitatis*. Joannem considerate; Joannem audite. Tanta erat ejus excellentia ut posset credi Christus; et in eo probata est humilitas ejus, quia dixit se non esse, cum posset credi esse. Imitemur humilitatem Praeconis, et intelligamus celsitudinem Judicis. *Matthaeus vestrum stetit, quem vos nescistis*. Nec mirum: Lucas est, vos tenebræ. Ego in aqua tantum, ille in Spiritu sancto baptizatus. Post me venturus est: sed prior me est, *cujus ego non sum dignus ut soleam ejus corrigam calcamentis*. Ita S. Augustinus, tract. 4 in Joannem. *Quantum se objicit! Et tamen multum elevatus est: quoniam qui se humilitat, exaltabitur*. Si dicera: *Me venit post me, qui ante me factus est, cujus tantummodo corrigam calcamentis dignus sum solvere, multum se humiliasset*. Quando autem nec ad hoc dignum se dicit, verè plenus Spiritu sancto erat, qui sic servus Dominum agnovit, et ex servo amicus fieri meruit.

Vers. 28. — Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Ecce Agnus, non Paschalis legalis et typici, sed veri. Pascha nostrum immolatus est Christus. Ecce catholicam Patris sacerdotem simul et victimam: singulariter ille est Agnus Dei, quia singulariter filius Agni sanguine solo homines redimi poterunt. Hic, inquit S. Augustinus, tract. 7 in Joannem, n. 5, *Agnus est immaculatus, pro omnibus ad occisionem ducendus, ut mundi peccatum amoveret, ut orbis exterminatorem evortat, ut mortem pro omnibus ebundo mortem aboleret, ut solvat hominum maledictionem, ut esset tandem illud: Terra es, et in terram reverteris; ut sit ille secundus Adam, non è terra, sed è caelo, omnique boni principium naturæ humanæ existat, solutio invecti interitus, æternæ viæ conciliator, causa reformationis ad Deum, pietatis et justitiæ principium, via denique ad regnum celorum*. Unus enim mortuus est Agnus pro omnibus (verba sunt S. Cyrilli Alexandrini, lib. 2 in Joannem); omnium hominum gregem servans Deo ac Patri: unus pro omnibus, ut omnes Deo subjiciat; unus pro omnibus, ut omnes lucrificet; ut omnes denique non jam sibi videant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. Nam cum in multis peccatis essamus, atque idcirco morti et corruptioni obnoxii, dedit Filium suum Patrem redemptionem pro nobis, unum pro omnibus, quoniam omnia sunt in ipso, et omnibus melior est. Unus pro omnibus mortuus est, omnes elevans in ipso. Cum enim occisus pro omnibus Agnum mors absorberit, simul etiam in ipso et

cum ipso cunctos evovit. Omnes enim eramus in Christo, qui propter nos et pro nobis mortuus est, equè resurrexit. Abolito verò peccato, quomodo ferri poterit ut mors etiam, quæ ex ipso est, propter ipsum non abolita sit? Mortuæ radice, quomodo germinare poterit? Mortuo peccato, quæ moriendi nobis causa erit? Quare de occisione Agni Dei volumus exultatione dicamus: *Ubi est, mors, victoria tua? Ubi stimulus tuus, inferne? Omnis enim iniquitas opprobriabit os suum, nec poterit impius accusare pro infirmitate peccantes*. Deus enim est qui justificat... Rom. 8, 4. Christus nos redemit et de maledicto legis, factus pro nobis maledictum... ut et in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Jesu, et ut pollicitationem Spiritu accipiamus per fidem. Galat. 3, 13, 14.

Vers. 52. — Vidi Spiritum descendentem quæ columbam de caelo, et mansit super eum. Mortum innocentiam, puritatem, simplicitatem, mansuetudinem, charitatem, honorum operum fecunditatem, agni et columbæ symbolis, vestrum primo Christus, altero Spiritus sanctus designari voluit; Christianis commendatur. Spiritum sanctum in Baptismo, aliisque sacramentis accipimus; sed heu, in paucis manet; à pluribus illum contristantibus, illi resistentibus, contumelianque illi facientibus, discedit. Vidi Spiritum descendentem, et manentem super eum.

S. Cyrill. Alex., lib. 2 in Joannem, p. 125: *Cum homo factus sit Verbum, Spiritum à Patre accepit ut unus è nobis, non sibi specialiter aliqui accipiens (erat enim ipse largitor Spiritus) sed ut acceptum naturæ nostræ consociaret, ut homo; et rursum radicem in nobis gratiam que recesserat; is qui peccatum non novit. Hinc ob causam S. Precursor addit: « Vidi Spiritum descendentem de caelo, et mansit super eum. » Avolavit enim ex nobis propter peccatum: « Pœtus est autem velut unus ex nobis qui peccatum non novit, ut asserebat Spiritus manere in nobis, cum discendendi aut subducendi se causam in ipso non haberet. Igitur nobis per seipsum Spiritum accepit, et naturæ vetus bonum renovat. »*

Vers. 55. — Super quem videris Spiritum descendentem et manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. S. August., tract. 6 in Joannem: *Petrus baptizat, hic est qui baptizat; Paulus baptizat, hic est qui baptizat; Judas baptizat, hic est qui baptizat. Nam si pro diversitate meritorum baptismata sanctum est, quæ diversa sunt merita, diversa erunt baptizati, et tanto quoque aliquid melius putatur accipere, quanto à meliore videtur accepisse. Sancti in Ecclesiâ, boni de quibus Apostolus ait, 2 Tim. 2, 19: « Novit Dominus qui et sunt ejus, et diversarum gratiarum sunt, non omnes paria merita habent, sunt alii altis sanctiores, sunt alii altis meliores. Quare ergo si unus ab illo, verbi gratiâ, iusto sancto baptizatur, alius ab alio inferioris merito apud Deum, inferioris gradus, inferioris continentie, inferioris vite, annuam tamen et par et æquale est quod acciperent, nisi quid? Hic est qui baptizat, Christus Jesus? Idem baptismum collatum ab improbis ministris, quin etiam ab hæreticis et schismaticis, ratum et bonum est: sed attendant infelices fratres nostri qui ab Ecclesiâ separati*

sunt, nec ad ejus unitatem et communionem redire curant, nihil illis prodesse baptismum, nisi veniant ad columbam. Habes, sed baptismum habes, charitatem non habes. Ostende quomodo habeat charitatem, qui dividit unitatem. Ego, inquit Calvinianus vel Lutheranus, habeo baptismum. Habes, sed baptismus ille sine charitate nihil tibi prodest: quia sine charitate tu nihil es. Nam baptismus ille, etiam in illo qui nihil est, non est nihil; imò magnum aliquid est propter illum de quo dictum est, « Hic est qui baptizat. » Sed ne putares illud quod magnum est, tibi aliquid prodesse posse si non fueris in unitate, super baptismatum columba descendit tanquam dicens: *Si baptismum habes, esto in columbâ, ne non tibi prosit quod habes. Veni ad columbam, non ut incipias habere quod non habebas, sed ut prodesse tibi incipias quod habebas. Foris enim habebas baptismum ad perniciem: intus si habueris, incipit prodesse ad salutem. Veni, columba te vocat, gemendo te vocat. » Fratres nostros nondum Ecclesiæ conjunctos, vos qui intus estis, et ad columbam pertinetis, « gemendo vocate, non rixando: vocate orando, vocate invitando, vocate jejunando, de charitate intelligant quia doletis illos. Non dubito quia si videant dolorem vestrum, confunderent, et revidissent... Omnia clamant adversus filios, omnes pagine disant, omnis prophetia, totum Evangelium, omnes Apostolicæ Litteræ, omnis genitus columbæ: et nondum evigilant, nondum expergiscunt. Sed si columba sumus, gemamus, toleremus, speremus. Aderit misericordia Dei ut effusetur ignis Spiritus sancti in simplicitate vestra, et veniat. Non est desperandum, orate, predicatæ, diligite, prorsus potens est Dominus. »*

Vers. 54. — Et ego vidi, et testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei. Oportebat ut ille baptizaret, qui est Filius Dei unicus, non adoptatus. Adoptati filii, ministri sunt Unici; Unicus habet potestatem, adoptati ministerium. Licet baptizet minister non peritens ad numerum filiorum, quia malè vivit et malè agit, quid nos consolatur? Hic est qui baptizat. Sic Augustinus, tract. 7 in Joannem, n. 4.

Vers. 55, 56, 57. — Ecce Agnus Dei. Joannes discipulus ad sequendum Jesum disponens, illum Agnum Dei rursum vidit, et tollere peccatum mundi confirmat, sicut apud prophetam Isai. 45, 25, ait: *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo omnes iniquitates tuas propter me, et peccatorum tuorum non recordabor. Non frustra vero eadem de Salvatore repetit S. Precursor. Officium quippe doctoris est res nondum perceptas discipulorum mentibus inculcare, ad eorum utilitatem. Unde S. Paulus ait, Philipp. 3, 1: Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium. Tam salutiferâ autem repetitione, et iteratâ demonstratione Jesu ut victimæ pro omnium hominum expiatione à Deo destinatæ, Ecce Agnus Dei, etc., tantum discipulis profuit S. Joannes, ut illis persuaserit sequi Christum, et ejus disciplinæ sese jam tum adjungere. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, et secuti sunt Jesum. Adorandam hanc victimam sequamur, ut ejus membra; sequamur Agnum quocumque ierit, stolas nostras in ejus sanguine lavemus,*

ejus patientiam et mansuetudinem imitemur; simus et ipsi victimæ Deo devotæ, et totâ die propter illum mortificatæ.

Vers. 58, 59, et seq. — Conversus autem Jesus, et videns eos sequentes se, dixit eis: *Quid queritis? Sequentes interrogat Dominus, ut discas legem quidem Christum monstrare, sed necessarium esse ut misericordiæ suæ oculos ad nos convertat, et gratiâ suâ nos præveniat Christus, ut illum sequamur. Jam ad ipsos invisibiliter conversus erat, jam ad sui comitatum intus traxerat ut eum sequerentur, antequam sequentes tam amanter interrogaret. Convertimini ad me, inquit, et ego convertar ad vos: sed nos ita orare docet: Convertite nos, Domine, ad te, et convertentur. Convertite nos, Deus, salutaris noster. Loquentem ad eorum nostrum audiamus; agnoscamus ut Magistrum, à quo viam salutis discamus, ut illo præsentia ambulamus in eâ. Qui dixerunt ei: Rabbi, ubi habitas? Sapientis consilium sibi proponebat Eccl. 6, 56: Si videns sensatum, evigila ad eum, et gradus ostiorum illius exterat pes tuus. Dicit eis: Venite, et videte. Venerunt, et viderunt ubi maneret, et quod cum manserunt de illo. Quam beatum diem duxerant, quam beatam noctem! Quis est qui nobis dicat quæ audierint illi à Domino? Edificemus et nosmetipsi in corde nostro, et faciamus domum quod veniat ille, et doceat nos, colloquatur nobis.*

Dicit eis: Venite, et videte. Et domum suam non tradidit, quamvis rogaretur, sed potius ut ad eam statim se conferant jubet. Primum quidem ut eâ re ad exemplum propositâ doceret in querendis bonis malum esse dilationem: *« In rebus enim utilibus demorsus est omnis curatio. »* Deinde ignorantibus adhuc sanctum Salvatore nostrum domum, id est, Ecclesiâ, ad salutem non sufficere si didicerint ubi non illa sit, nisi ad ipsam per fidem venerint, et quæ mysticè in eâ peraguntur perspexerint. Ita S. Cyrill. Alexandr., lib. 2 in Joannem, p. 150.

Vers. 41, 42, 43, et seq. — Invenimus Messiam, et adduximus eum ad Jesum. Christum sequi, et illum audire non sufficit: ad illum alii adducendi sunt, consanguinei imprimis et amici. Sic Andreas fratrem suum Simonem, sic Philippus Nathanaelem adduxit ad Jesum. Qui talentum acceptant, ejus statim questum uberiori Domino offerunt. In ipso tyrocinii sui exordio fructificavit Andreas et Philippus, et veritatis predicatorum efficitur, cujus vix fuerant auditores. Vera et Christiana amicitia in eo maximè posita est ut amici mutuo se juvent ad salutem, ut alter alterum adducat ad Jesum. Sed, heu! fratres et amici plerumque sibi mutuo obtunt ac nocent in iis quæ animæ salutem spectant; alter sæpè alterum adducit à Jesu, alter alterum ad peccatum pravis consiliis et exemplis trahit!

Vers. 47. — Vidit Jesus Nathanael venientem ad se, et dicit de eo: Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est. Neminem eorum quos ad apostolatam vocavit, ita commendavit Dominus Jesus. Id nec Andræ, nec

Petro, nec Philippo dictum, quod de Nathanaele dictum est. Car ergo illum in Apostolorum numerum non adlegi? Questionem solvit S. Augustinus, tract. 7 in Joan., n. 17. Nathanael eruditus est, et peritus legis; propterea noluit Jesus illum inter apostolos suos adscribere, quia idiotas elegit unde confunderet mundum. Videte vocationem vestram, inquit Apostolus, 4 Cor. 1, 26, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed quia stulti sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes; et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia; et ignobilia mundi et contemptibilia elegit Deus, et ea quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret. Si doctus eligetur, fortassè ideò se diceret electum, quia doctrina

CAPIT. II.

1. Et die tertiâ nuptiæ factæ sunt in Canâ Galilææ: et erat mater Jesu ibi.

2. Vocatus est autem et Jesus, et discipuli ejus, ad nuptias.

3. Et deficiente vino, dicit mater Jesu ad eum: Vinum non habent.

4. Et dicit ei Jesus: Quid mihi et tibi est, mulier? nondum venit hora mea.

5. Dicit mater ejus ministris: Quodecumque dixerit vobis, facite.

6. Erant autem ibi lapideæ hydræ: sex posite secundum purificationem Judæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas.

7. Dicit eis Jesus: Implete hydras aquâ. Et impleverunt eas usque ad summum.

8. Et dicit eis Jesus: Haurite nunc, et ferte architriclino. Et tulerunt.

9. Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam, et non sciebat unde esset (ministri autem sciebant, qui hauserant aquam) vocat sponsum architriclinus.

10. Et dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit: et cùm inebriati fuerint, tunc id quod deterius est: tu autem servasti bonum vinum usque adhuc.

11. Hoc fecit initium signorum Jesus in Canâ Galilææ: et manifestavit gloriam suam, et crediderunt in eum discipuli ejus.

12. Post hoc descendit Capharnaum ipse, et mater ejus, et fratres ejus, et discipuli ejus, et ibi manserunt non multis diebus.

13. Et propè erat pascha Judæorum, et ascendit Jesus Jerosolymam:

14. Et invenit in templo vendentes boves, et oves, et columbas, et numularios sedentes.

15. Et cùm fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oves quoque et boves, et numulariorum effudit as, et mensas subvertit.

16. Et his qui columbas vendebant, dixit: Aufferite ista hinc, et nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.

17. Recordati sunt verò discipuli ejus quia scriptum est: Zelus domus tue comedit me.

18. Responderunt ergo Judæi, et dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis?

ejus meruit eligi. Dominus noster Jesus Christus volens superbiorum frangere cervices, non quæsit per orationem piscatorem; sed de piscatore lucratus est imperatorem. Nullus nobilis primò electus est, nullus doctus, quia infirma mundi elegit Deus ut confunderet fortia. Erat ergo iste magnus et sine dolo; hoc solo non electus, ne cuiquam videretur Dominus doctus elegisse.

Vers. 49. — Respondit ei Nathanael, et ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel. Christus Jesus magister noster est; cum docilitate illum audiamus ut ejus discipuli. Filius Dei unicus est; illum cum religione colamus et diligamus, ut veri Christiani. Rex Israel est; illi serviamus et obediamus ut subditi.

CHAPITRE II.

1. Trois jours après, il se fit des noces à Cana en Galilée; et la mère de Jésus y était.

2. Jésus fut aussi convié aux noces avec ses disciples.

3. Et le vin venant à manquer, la mère de Jésus lui dit: Ils n'ont point de vin.

4. Jésus lui répondit: Femme, qu'y a-t-il entre vous et moi? mon heure n'est pas encore venue.

5. Alors sa mère dit à ceux qui servaient: Faites tout ce qu'il vous dira.

6. Or, il y avait là six grands vaisseaux de pierre pour servir aux purifications qui étaient en usage parmi les Juifs, dont chacun tenait deux ou trois mesures.

7. Jésus leur dit: Emplissez d'eau les vaisseaux; et ils les emplirent jusqu'au haut.

8. Alors Jésus leur dit: Puisez maintenant, et portez-en au maître d'hôtel, et ils lui en portèrent.

9. Quand donc le maître d'hôtel eut goûté de cette eau qui avait été changée en vin, ne sachant point d'où venait ce vin (les serveurs néanmoins qui avaient puisé l'eau le savaient bien), il appela l'époux,

10. Et lui dit: Tout homme sert d'abord le bon vin; et après qu'on a beaucoup bu, il sert alors celui qui n'est pas si bon: mais pour vous, vous avez réservé le bon vin jusqu'à cette heure.

11. Ce fut là le premier des miracles de Jésus, qui fut fait à Cana en Galilée; et par là il fit éclater sa gloire; et ses disciples crurent en lui.

12. Après cela, il s'en alla à Capharnaüm avec sa mère, et ses frères et ses disciples; mais ils n'y demeurèrent pas longtemps.

13. Et la pâque des Juifs étant proche, Jésus s'en alla à Jérusalem.

14. Et il trouva dans le temple des gens qui vendaient des bœufs, des moutons et des colombes, comme aussi des changeurs qui y étaient assis.

15. Il fit une espèce de fouet avec de petites cordes, et les chassa tous du temple, avec les moutons et les bœufs; il jeta aussi par terre l'argent des changeurs, et il renversa leurs comptoirs.

16. Et il dit à ceux qui vendaient des colombes: Otez tout cela d'ici, et ne faites pas de la maison de mon Père une maison de trafic.

17. Alors ses disciples se souvinrent qu'il est écrit: Le zèle de votre maison me dévore.

18. Les Juifs donc prenant la parole, lui dirent: Par quel miracle nous montrez-vous que vous ayez droit de faire de telles choses?

19. Respondit Jesus, et dixit eis: Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud.

20. Dixerunt ergo Judæi: Quadraginta et sex annis edificatum est templum hoc, et tu in tribus diebus excitabis illud?

21. Ille autem dicebat de templo corporis sui.

22. Cùm ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli ejus, quia hoc dicebat, et crediderunt Scripture, et sermone quem dixit Jesus.

23. Cùm autem esset Jerosolymis in Paschâ, in die festo, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa quæ faciebat.

24. Ipse autem Jesus non credebat semetipsum eis, eò quòd ipse nosset omnes.

25. Et quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

COMMENTARIA.

SENSUS LITTERALIS.

Vers. 1. — Et die tertiâ, à profecione in Galileam, vel die tertiâ ex quo sponsus sponsam duxerat, nuptiæ factæ sunt in Canâ Galilææ, nuptiale convivium, quod per septem aut tres ut minimum dies agebatur more Judæorum, factum est seu continuatum in Canâ urbe Galilææ, distinctâ à Canâ Sidoniorum, et à Canâ Samariæ in tribu Ephraim: Et erat mater Jesu ibi, jure propinquitatis, ut credere par est, invitata. Quis haud nuptiarum sponsus fuerit, incertum.

Vers. 2. — Vocatus est autem et Jesus, et discipuli

Vers. 1 jusqu'à 6. — Trois jours après il se fit des noces à Cana en Galilée, et la mère de Jésus y était. Jésus fut aussi convié aux noces avec ses disciples. Et le vin venant à manquer, la mère de Jésus lui dit: Ils n'ont point de vin, etc. — Trois jours après que le Fils de Dieu fut parti pour aller en Galilée, ou que Nathanael fut venu trouver Jésus-Christ, il se fit des noces à Cana. Ces noces étaient apparemment de quelqu'un des proches de la sainte Vierge, tant à cause que Cana, où ces noces se faisaient, était près de Nazareth, qu'à cause qu'il semble que la mère de Jésus s'y trouva, non tant comme conviée, que comme prenant aussi quelque part au soin de ce qui regardait le festin des noces. On est étonné d'abord de ce que non-seulement elle, mais Jésus lui-même voulut bien y assister avec ses disciples, c'est-à-dire, avec André et Simon, Philippe et Nathanaël, qui commençaient à l'honorer comme le Messie. Mais c'est qu'on ne considère les noces que selon l'idée qu'on a des excès si ordinaires qui les accompagnent. Jésus-Christ, qui n'avait pas dédaigné de prendre la nature et la forme d'un serviteur, à beaucoup moins dédaigné de se trouver à des noces de ses serviteurs. Et celui qui voulait bien manger avec les pêcheurs et les publicains, pouvait bien moins refuser de manger aussi avec des personnes conviées à des noces; il n'avait donc pas d'égard, dit S. Chrysostôme, à sa propre dignité, mais à notre utilité. Il voulait sanctifier par sa présence le mariage; comme l'origine de la naissance des hommes. Il voulait apprendre aux conviés par son exemple, et peut-être aussi par ses paroles, quoique l'Évangile n'en ait point marqué, à se réjouir avec ceux qui se réjouissent, mais d'une joie sainte, dont la crainte chaste du Seigneur soit la règle. Il voulait en cette occasion publique commencer à faire connaître sa toute-puissance par un miracle, qui devait être le commencement de tant d'autres, par lesquels

19. Jésus répondit et leur dit: Détruisez ce temple, et je le rétablirai en trois jours.

20. Les Juifs lui répartirent: On a été quarante six ans à bâtir ce temple, et vous le rétablirez en trois jours?

21. Mais il entendait parler du temple de son corps.

22. Quand donc il fut ressuscité d'entre les morts, ses disciples se souvinrent qu'il leur avait dit cela; et ils crurent à l'Écriture, et à la parole que Jésus avait dite.

23. Or, comme Jésus était à Jérusalem durant les jours de la fête de Pâques, plusieurs crurent en son nom, voyant les miracles qu'il faisait.

24. Mais Jésus ne se flait point à eux parce qu'il les connaissait tous,

25. Et qu'il n'avait pas besoin que personne lui rendit témoignage d'aucun homme, car il connaissait par lui-même ce qu'il y avait dans l'homme.

COMMENTARIA.

SENSUS LITTERALIS.

ejus ad nuptias. S. Cyrill. Alexand., Ed. 2 in Joan., p. 154: Cùm nuptiæ celebrarentur, castè nimiram et honestè, Jesus unâ cum discipulis suis invitatus venit, non tam epulaturus, quàm ut miraculum faceret, ac præterea generationis humanæ principium sanctificaret. Conveniebat enim ut qui naturam ipsam hominis renovaturus ac totam in meliorem statum revocturus erat, non solum itis qui jam nati erant benedictionem impertiret, sed et iis quoque qui postea nascituri essent gratiam præstaret, et eorum ortum sanctum efficeret.

il avait dessein d'autoriser sa mission parmi les hommes. Il voulait enfin tracer, dans cette merveille de l'eau changée en vin par la vertu de sa bénédiction, une image du changement beaucoup plus miraculeux de la faiblesse de l'homme en la force de Dieu même, de la Synagogue des Juifs en l'Église de Jésus-Christ, de l'Assemblée criminelle des idolâtres conspirant contre la vraie Religion en une sainte société de fidèles adorateurs du Dieu véritable.

On a marqué en passant qu'elle pouvait être la maison qui porta la sainte Vierge à dire à Jésus que le vin manquait: car comme elle était peut-être la proche parente ou de l'épouse ou de l'époux, et chargée d'une partie du soin des noces, elle eut recours dans ce besoin à celui qu'elle regardait comme tout-puissant. Et on ne peut même douter que ce n'ait été par un mouvement de l'esprit de Dieu qu'elle se crut obligée de représenter à son Fils le besoin où se trouvaient les conviés. Il est vrai qu'il la rebûta en apparence, en lui disant: Qu'y a-t-il de commun entre vous et moi, ô femme? Mais si on prend bien le vrai sens de ces paroles, on comprendra aisément que c'est à tort que différents hérétiques en ont tiré cette fautive conséquence: Que Marie n'était donc pas reconnue par Jésus-Christ pour sa vraie mère. Car il s'agissait alors de faire un miracle, et de le faire pour prouver aux Juifs sa divinité. Il fallait donc d'une part que la sainte Vierge représentât à Jésus-Christ le besoin où l'on se trouvait, afin qu'il parût y avoir nécessité à faire un miracle. Et il était important de l'autre que Jésus-Christ, en parlant à la sainte Vierge, fit connaître publiquement que dans les œuvres de sa puissance il agissait non comme homme, mais comme Dieu. Et ainsi, quoiqu'elle fût véritablement la mère de Dieu, parce que le Fils de Dieu s'était fait homme dans son chaste sein, c'était néanmoins comme Dieu de toute éternité qu'il pouvait faire et